

8
probè instructo, nudis quinctus horâ septimâ vespertinâ,
post luminarium, in signo leonis, cōjunctionem, animam
ex juvenili corpore extrusit. & pro vivo homine cadaver
parentibus obtrusit. Qui tametsi prænaturum filii sui oc-
casum dolenter, hoc tamen placatus & moderatius ferūt:
quod benignissimâ Dei voluntate illum hinc migrasse, &
terrestrem militiam cœlesti triumpho permutasse sciunt:
laturi adhuc levius, si in funus, quod hodiè ducturi sunt,
frequentes, præstantissimi academiæ cives, procedatis. Id
autem in gratiam Excellentiss. *Dn. Polenii*, & in hono-
rem adolescentis ex laudatissimâ familiâ, majoribus &
parentibus celeberrimis, [quorum illustria in rempubl:
nostram exstant merita, nati, & in professione militiæ ac
pro defensione patriæ & religionis denati, intuitu pie-
ratis & humanitatis vos facturos esse cur confi-
dam, multæ causæ sunt: cur diffidam, nullæ.

Venite ergò, & exsequias ite: opti-
meq; vivite & valete.

M. C. N.



DE
ANNULIS
EORUMQUE
JURE ET USU
COLLECTANEA

EGGEBERTI SCHAUMI
FRANCOFURTO-
Marchici.

FRANCOFURTI
AD ODERAM

Typis
FRIDERICI HARTMANNI,
Bibliopole

Cum licentia Incolytæ, quæ
ibidem est, facultatis
Juridicæ.

ANNŌ M. DC. XX.



VIRIS

*Amplitudine & auctoritate gravissimis, virtute
& prudentia Excellentissimis,*

NEC NON

Antiqua patriciatus prosapia Clarissimis

Dñis:

SIXTO SANDREUTERO.

Inclutæ Reip: Francofurtensis, Cofs: dignissimo, Cu-
ratori fidelissimo, Affili atq; Evergetæ suo mul-
tis nominibus in æternum honorando-
colendo.

HIERONYMO MÖLLERO,

Ejusd: Reip. Francof: Cofs: meritissimo, Affini pa-
tris loco observando, feneratori plur.
suspiciendo.

Dno.

JOANNI SOMMERO, Ejusd.

Reip. Camerario prudentissimo, Curatori, cognato,
atque Mecœnati suo æternum
observando.

CUNONI SCHAUPIO, No-

tar. publ. spectatissimo, patruo charissimo.

JOACHIMO SCHAUPIO,

Fratri dilectissimo.

*Hoc de Aureorum annullorum Jure γύμνασμα
in debita observantia & grati animi*

παμπόλειον offert.

EGGEBERTUS SCHAUPIO

F. M.



126446



*V*iria quidem peregrinatio-
nis, pro conditione intentio-
neque eam suscipientis, sunt
utilitates, exercitia nimirum
humanitatis, patientia, plu-
rimarum rerum linguarum-
que cognitio, quarum in so-
cietate civili usus est, non minus frequens quam
necessarius: Verum nonnulla est ratio, qua Mus-
sarium assecram ab ea avocare videatur. Ita enim
cum ingenio memoriaque nostra comparatum est,
ut nisi quotidie legendo, scribendo, meditando,
illud exerceas, facile æruginem concipiat, & quod
heri vel nudius tertius ipsi mandatum erat, obli-
vioni rursus tradat. Quod hisce verbis monuit
Epict: Εἰδέναι γὰρ, ὅτι ἡ παιδεία δόγμα καὶ ἀποφασὶς αἰθερώπων, οὐκ ἔστι
ἐκείνων ἡμετέραν τὴν αὐτὴν καὶ λέγειν ἡς καὶ αὐτοὶ. Ἐὰν γὰρ γινώσκῃς τὰς βίβλους.
Et ut comites itineris eos eligas atque assumes, qui
ijsdem occupantur studiis, quorumque conversa-
tio loco lectionis quotidiana esse queat: fieri tamen
vix potest, ut vel propter victus intemperantiam,
qua peregrinanti quotidiana est, vel propter cur-
ruum equorumve concussionem, vel ob maris ad-
versitatem, aut quorundam ἀνέμων importunita-

A

2

tem.

tem, & mille impedimenta alia, animus non indu-
versari piatur, & à corpore aliquid aegritudinis,
atque languoris trahat. Quod periculum cum mi-
hi etiam in peregrinatione mea subeundum prævi-
derem, ita res meas institui, ut ea quæ per trienni-
um, quod in studio Iuris & aegritudinum præcipuorum
nostri seculi Antecessorum, Dei beneficio, exegi,
vel publicè ex lectionibus & disputationibus hau-
sissem, vel privatis lucubrationibus assecutus es-
sem, quantum per obstacula superiora, memoriaq;
imbecillitatem liceret, ruminarem, & ab oblivio-
nis interitu vindicarem. Intentiorem vero in ma-
teria de jure aureorū annulorū me exhibui. Nam
arridebat mihi hoc argumentū, non propterea tan-
tum, quod cum juris, tum historiarum atq; Politi-
ces flosculis jucundissimis confectum refertumque
esset, verum etiam solamen aliquod id mihi addere
videbatur laborū molestiarumq;, quæ mihi ad vir-
tutem & honestatem per vestigia majorū tenden-
ti perpetienda erant, & deinceps quoq; erunt. Ita
honor artes in me alebat, & spes honoris dignitatis
que fomes mihi erat virtutis.

Cogitabam in super de specimine aliquo studiorū
profectuumq; meorum, quod vobis, Viri Amplissi-

mi, Prudentissimi, Eminentissimi, Dnn. Curato-
res, Agnati, Affines, & patroni honoratissimi, ob-
servantissimiq;, sub meum in patriam reditum ex-
hiberem, quo bonam vobis spem crearem, vestram
de me expectationem non fore prorsus inanem, sed
temporis & sumptuum eam, quam debui, me habuis-
serationem. Cumq; grato animo recordarer, quam
singularem mihi exhibueritis operam, dum consilio
vestro studia mea juvистis, in inclutis, Altorphi-
na, Tubingensi, Argentoratensi, Academiis per
triennium & amplius me aluистis, potestatem spe-
ctanda Casarea inaugurationis mihi concessistis,
sumptibus ad perlustrandā Galliam, Angliam, Bel-
giū, & Germaniā me liberaliter instruxistis, remq;
meam familiarem per absentiam ita gubernastis, q.
hoc unice vobis incubuisset, & ut verbo dicā, nihil
quod honorē & salutem meam concerneret, reliqui
fecistis. Pro ista ferè paterna in me ~~modum~~ atque
affectione, non potui non publicū aliquod gratitu-
dinis, atque meæ erga vos omnes & singulos obser-
vantia testimonium edere. Quod quidem tale non
est, quale Vestra Amplitud. Prud. & Spectabilit.
merentur, sed quale à tenuitate mea in hoc genere

proficisci potest, hoc praesertim tempore, quo à longo divortio, cum Musis meis nondum omnino in gratiam redij. Quicquid tamen est, bene volo, quaeso, animo accipite, hocq; vobis de me persuadete, singula vestra beneficia, quae affatim in mecum praesentem, tum absentem cōtulistis, memori mihi in pectore habere, nullamq; confirmatorib. praesertim futuris reb. meis, referenda vobis gratia occasionem me pratermissurū. Deo Opt. Max. gratias ago quas mente concipere possum devotas, maximasq; quod me per varios casus, & multarum discrimina, ad vos salvos florentesq; salvum reduxerit: Eundemq; precor ut hanc incolumitatem & felicitatem vobis vestrisq; propriam atq; perpetuā esse sinat: quo afflictissimis hisce temporibus Reipubl. nostra succurrere, Prud. Vestra eam fulcire, eiq; salutare medelam afferre possitis. In quo voto desino, & vos ad meorum collectaneorum lectionem peramanter atque officiosè invito.

CAPUT I.

CAPUT I. DE ORNAMENTIS IN GENERE



A sunt homines in animæ salute procuranda cōditione, qua medici in internis atque graviorib. morbis curandis. Haud raro namque fit, ut experientissimi quoque medici, causam sedemq; morbi non rectè explorare possint atque cognoscere, proindeque ægroto, alia, quam ægritudinis malitia requirit, medicamenta præscribant ac propinent. Quem errorem nos quoque erramus, qui cum integritati, justitiæ aliisque animæ dotibus & ornamenti studere deberemus, in exornando corpore laboramus, animâ dejectâ neglectâque. Merito proinde CHRISTI reprehensionem incurrimus: *τίμεις τὸ ἐξωθεν τὸ ποτὴν, καὶ τὸ ἐξ ἑωθεν ὑμῶν γὰρ ἀρετῆς καὶ πίστεως καθαρίζετε; τὸ δὲ ἐξωθεν ὑμῶν γὰρ ἀρετῆς καὶ πίστεως. Ἀφεγνέτε, ἔχ' ὁ ποιῆσας τὸ ἐξωθεν, καὶ τὸ ἐσωθεν ἐποίησεν.* Atque ut foeminae in omnibus ferè procliviores sunt ad vitia maribus: Ita in cultu quoque atque ornatu nimio: Quod ingenuè illa apud Plaut. foemina fatetur, quæ:

Multa

*In Pen.
Act. 1. sc.*

*Multa sunt (inquit) mulierum vitia, sed hoc est multis
maximum est,*

*Cum sibi nimis placent, nimisq; operam dant ut placeant
viris.*

ad Tim.
a. 6. 9.
Cum tamen suæ deberent recordari condicio-
nis, atque ante oculos habere præceptum D. A-
postoli: Βάλομαι τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίᾳ καὶ
αἰδῶς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτὰς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ
χευ(ῶ) ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῶ πολυτελεῖ. Quod
præceptum licet Apostolus ad Diaconissas, sa-
crisq; operantes fœminas restringere videar,
1. Pet. 3. 3. tur, generale tamen est illud D. Petri: Τῶν γυναι-
κῶν ἔστω ὡς ὁ ἔξωθεν ἐμπλοκῆς περιχρῶν, καὶ περιθέσεως χερυ-
σίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμου: Ἀλλ' ὁ κρυπτός τῆς καρ-
δίας ἀνὴρ πνεύματος, ἐν τῷ ἀφθάρτῳ τῷ πνεύματι, ὅ ὅτι ἐν ὧ πνεύματι
τῷ θεῷ πολυτελεῖς. A quibus non abludit Justin. qui

lib. 17. hist.
p. 147.
vera ornamenta matronarum pudicitiam non
vestes esse scribit. Aurea q; omninò sunt hac
de re verba D. Hieronymi ad Eustochium, quæ
non possum quin huc transcribam: Imperfec-
tissimus, inquit Vir Sanctiss^{us}, mulierum affe-
ctus, semper in vestibus, semper in auro, lapidi-
bus & ornamentis extrinsecis gloriam ponunt.
Non sufficit eis libido innata naturæ, sed occa-
sionem quærunt explendæ libidinis, affectant
proculdubio ut oculi virorum aurum contem-
plantes & gemmas, tandem figantur in faciem,
ut oculorum suorum nutibus facilius incitent
ad libidinosum incendium. Quid meretrix
communis gloriaris in margaritis & gemmis?
Quid ad te attinet argentum & aurum? Quid
exaltaris

exaltaris in pulcritudine panni? Quid in te lau-
dandum? Quid in te admirandum puerorum
spectaculum? Nōne & si laudetur gemmarum
aut metallorum pretiositas, quam sibi natura
tradidit, semper tamen cognosceris cinis, fœ-
num & stercus immundum ex immundo produ-
ctum semine, &c. Ne tamen iniquior videar mu-
lieribus, quam plurimi etiam è viris sunt, qui-
bus magis κόσμος atque ornatus, quam forma
neglecta placet. In quos mollicellos, ἀνδρογύνες
& Sardanapali nepotes stringo illud Poetæ:

Sint procul à nobis juvenes ut fœmina compti,

Fine colimodico forma virilis amat.

Quæ verò ornamentorum appellatione conti-
neantur, Jesaias me docuit, dum hunc ad popu-
lum Judaicum sermonem habet. Pro eo quod e-
levatæ sunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento
collo, & nutibus oculorum *fucatis facibus*, ibant
& plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis
composito gradu incedebant, & *pedes suos or-
nabant*. Decalvabit Dominus verticem filiarum
Zion, & Dominus crinem, *Verenda*, earum nu-
dabit; In die illa auferet Dominus ornamenta
calceamentorum & lunulas, *fibulas*, & torques,
bullas, & monilia, & armillas. Et mitras, & disci-
riminalia, *tiaras*, & periscelidas, & murenulas, & ol-
factoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in
fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & lin-
teamina, *pepla*, & acus, *marfupia*: & specula, & sin-
dones, & vittas, & theristra: Et erit pro suavi o-
dore fœtor, & pro zona funiculus, & pro cri-
spanti

spanti ore calvitium, & pro fascia pectorali,
pallio, cilicium. Cui geminus planè locus est apud
 Ezechielem, qui ore DEI Judæis ingrati-
 nem pro maximis beneficiis exprobrat, pœnas-
 que denuntiat: Ornavi te (inquit) ornamento,
 & dedi armillas in manibus tuis, & torquem
 circa collum tuum: & dedi in aurem super os
 tuum: *& dedi tibi monile in facie tua*, & circulos au-
 ribus tuis, & coronam decoris in capite tuo, &
 ornata es auro & argento, & vestita es bysso &
 polymito, & multis coloribus, *& serico & acupi-
 etis vestibus, &c.* Cæterum ut JCtorum circa voca-
 bula magna cura est atque industria, vel Quin-
 tiliano præcone; ita in ornamenti quoque si-
 gnificatione, ejusque à mundo differentia, dili-
 gentem atque subtilem legimus Ulpian. lib. 44.
 ad Sabinum: Ornamenta muliebria sunt, qui-
 bus mulier ornatur, veluti in aures, armillæ, vi-
 riolæ, annuli, præter signatorios, & omnia quæ
 ad aliam rem nullam parantur, nisi corporis or-
 nandi causa. Quo ex numero etiam hæc sunt;
 aurum, gemmæ, lapilli: quia aliam nullam in se
 utilitatem habent. Mundus mulieris est, quo
 mulier mundior fit. Continentur eo specula,
 matulæ, unguenta, vasa unguentaria, & si qua
 similia dici possunt. Veluti lavatio, riscus. Or-
 namentorum hæc: Vittæ, mitræ, semimitræ, ca-
 lautica, acus cum margarita, quam mulieres ha-
 bere solent, reticula, crocufantia. Margarita si
 non soluta sunt, vel qui alii lapides, si quidem
 exemptiles sint, dicendum est ornamentorum
 loco.

loco haberi. Sed etsi in hoc sint resoluti, ut com-
 ponantur, ornamentorum loco sunt. Hæc ibi
 Ulpian. Quibus adde anademata, uniones, elen-
 chos, tympana, quæ sub hanc classem, ab aliis
 JCtis, referuntur. Ex his ergo constat annulos
 ornamentum esse, à quibus sponsus commen-
 datur, in Cant. Cant. & vir gravis apud Jacobum
 Apostol. Sed quid est, quod Ulp. & Paul. negant;
 signatorios annulos ornamentorum appella-
 tione contineri? Hoc non fit respectu materiæ
 vilioris, ex quo annulos sigillarios, quos Vos
 piscus vocat, constituisse quis fortè putet; Sed
 propterea magis quod à possessore non animo
 eis ad ornandum, verum ad signandum utendi
 possidentur. Unde idem Ulp. quod si adhuc sint
 rudes lapilli, vel margaritæ, vel gemmæ, orna-
 mentorum loco non erunt; *nisi alia mens fuit te-
 stantis, qui hac quoque quæ ad ornamenta paraverat, or-
 namentorum loco & appellatione comprehendendi voluit.*
 Porro de annulis eorumque jure me deinceps
 acturum hisce cancellis circumscribo, ut de eo-
 rum nominis derivatione, origine, usibus, Ma-
 teria & differentiis, quibus personis qui conve-
 niant. Quid per jus annulorum quis consequatur,
 à quibus personis id petebatur, quomodo
 amittebatur, quis mos annulos gestandi fuerit,
 quibus legibus abusus eorum fuerit coercitus,
 de iis cum mortuis non sepeliendis; Denique
 an annulorum in jactura navis levandæ causa
 facta ratio haberi debeat. De singulis, inquam,
 hisce cupitibus ordine agam.

Obid. lib. 1.
de art. a-
mand.

CAPUT.

II.
De nomi-
nis annuli
derivatio-
ne & origi-
ne.

Hic modus, hoc nostro signabitur area curru,

Hæc erit admissa meta terenda rota.

Annulorum derivatio ab *an* particula,

quæ circum significat petitur. Unde Isidor. an-
nulum, circulum parvum, definit. Prima verò o-
rigo ad Promothea refertur, qui ob subreptum
è coelo ignem in vincula à Jove conjectus, Her-
culis intercessione & precibus ea lege solutus
est, ut in sempiternam captivitatis scelerisque
patrati memoriam, annulum è catena, qua con-
strictus, & saxo, cui illigatus erat, gestaret. Hinc
ferunt annulorum usum manasse atque man-
sisse. Quæ fabulæ sunt & figmenta, quæ suis au-
ctoribus relinquamus. Plinius rem acu se teti-
gisse, eorumque inventionem post bellum Tro-
janum extitisse putat, motus auctoritate patris
virtutis atque eruditionis Homeri, qui cum
in carmine suo armillarum, torquium, frontili-
um, *ὠτὰ καὶ μὲν λίων* aliorumque corporis insignium
meminerit, nusquam tamen annulorum men-
tionem injicit. Sed ne hæc quidem veritati con-
gruit opinio. Nam Josepho Ægypti præfecto,
qui quingentis quinquaginta plus minus an-
nis (si Anton. Guevaræ computationi fides ha-
benda sit) ante bellum Iliacum floruit, Pharaò
Rex in præmium *ὀνδρεκε* *Cæsar* annulum de suo
digito detractum dono dedit indiditque. Nec
non Juda Josephi frater nurui suæ ad securita-
tem mercedis meretriciæ, annulum, cingulum,
pedumque suum supposuit; ut jam taceam,
quod

In aurek Ep
Gen. 41, 42

Gen. 38, 18.

quod in tabernaculi exstruktionem aliquoties
annulorum mentio, apud Moysen, qui itidem
ante Trojæ eversionem trecentos quinquagin-
ta circiter annos (secundum Eusebii Chrono-
logian) vixit, occurrat. Cujus scriptis cum nulla
nobis sint antiquiora, frustra in aliam *δακτυλίων*
originem anquirimus; potiusque est, ut eorum
inventionem non uni, sed multis diversorum
locorum & temporum hominibus ascribamus.
Hæc de origine.

Ufus annulorum multiplex erat & varius. CAPUT.
III.
De usibus
annulorum.
Cæsar. de
bell. Gallic.
lib. 5. p. 48.
Tacitus de
morib. Germ.
lib. 31.
Britanni annulis ferreis ad certum pondus ex-
minatis pro nummo utebantur. Catrorum for-
tissimus quisque ferreum annulum (ignomi-
niosum id genti) velut vinculum gestabat, do-
nec se cæde hostium absolveret. Qui locus Ta-
citi duo notabilia continet. Primum quod igno-
miniosum Cattis fuerit annulos gestare, quos
è sua etiam Republ. aureos cumprimis, exteris
minavit Zaleucus Locrorum Epizephyriorum
legislator prudentissimus, sub turpi hac con-
ditione, ut scortorum sectatores, & alienorum
subseffores cubilum haberentur, qui contra
prohibitionem istam venirent. Cujus ignomi-
niæ illatione in gubernatione reip. hic nomo-
theta plus quam alii ferro & igne apud cives su-
os obtinuit effecitque. Hoc primum. Alterum
est, quod annulus vinculum appellatur, non
solum à laudatissimo historico, sed à Pythago-
ra quoque cujus præceptum est: *Μὴ φορεῖν σενὸν*
δακτύλιον.

δακτύλιον: Arctum annulum ne gestato. Quod
 Plutarchus eleganter ita explicat. Δὲ τὸν βίον ὀπι-
 οῦν. καὶ μὴ δὲ δεσμῷ προσάπτειν ἑαυτὸν, D. Hieron.
 Nequis anxie vivat. Cum Cattis mores conve-
 niunt Zipangrinorum, qui itidem adversus ho-
 stium exercitus annulis utuntur, quorum ea vis
 est, ut inviolabiles sint. Usus præterea annulo-
 rum antiquissimus est, per eorum traditionem
 heredem denominare, bonorumque possessio-
 nem tradere. Ita Q. Cæcilius à Lucullo: Lentus
 Spinther à Tito Barrulo: Oppius Gallus à
 Marco Popilio, amplissima patrimonialia conse-
 cuti sunt. Quod si tamen pater pluribus filiis
 heredibus institutis moriens claves & annulum
 custodiæ causa majori natu filiae tradidit: & li-
 bertum eidem filiae, qui præsens erat, res quas
 sub cura sua habuit assignare iussit: Commune
 filiorum negotium gestum intelligitur; Nec
 ob eam rem apud arbitrum divisionis præci-
 pua causa filiae est. Legatarius quoque cui an-
 nuli vel dactyliotheca legata fuerit, præter le-
 gatam nihil amplius ex hereditate consequitur.
 Alexander Magnus die sexto à quo ipsi vene-
 num propinatum fuit, præclusa voce exem-
 ptum digito annulum Perdicæ tradidit, aucto-
 re Q. Curtio & Justo: Egesippus verò Ptolomæo
 um annulum Alexandri mortui digito detra-
 xisse, & in concionem protulisse scribit. Antio-
 chus Rex concepto ex re contra, Judæos per
 præfectos malè gesta mœrore, in gravissimum
 incidit

incidit morbum, quem eum fatalem sibi fore
 sentiret, Philippum Lyfiam amicum suum ac-
 cessit, ei que regni administrationem com-
 mendavit, tradito diademate, stola, & annulo,
 quem retineret, usque dum filius suus, Antio-
 chus Eupator ad legitimam ætatem perventu-
 rus, rerumque summam suscepturus esset. Quæ
 suprema Antiochi voluntas effectum etiam
 sortita est, referente historia Ecclesiastica. Simi-
 liter D. Augustus cum gravissimo morbo con-
 fectaretur, deploratâ salute, annulum Agrippæ
 tradidit. Hucque pertinet quæ Trāquillus narrat
 in Tiberio: Sunt qui putent venenum Tiberio
 à Cajo datum lentum atque tabificum: Alii in
 remissione fortuitæ febris, cibum desideranti
 negatum: Nonnulli pulvinum injectum cum
 extractum sibi deficienti annulum, mox respi-
 scens, requisisset. Seneca scribit Tiberium Cæsa-
 rem intellectâ defectione exemptum annu-
 lum, quasi alicui traditurum parumper tenuisse,
 dein rursus aptasse digito. Eademque de morte
 Tiberii idem Suetonius alibi: Cæsar Caligula
 veneno Tiberium aggressus est, ut quidam
 opinantur, spiranti que adhuc detraxit annu-
 lum, & quoniam suspicionem retinentis dabat,
 pulvinum iussit injici, atque etiam fauces ma-
 nu sua oppressit: Liberto, qui ob atrocitatem
 facinoris exclamaverat, confestim in crucem
 acto. Sic denique Joannem Comnenū patri Alexio
 Imperatori morituro annulum detraxisse legi-
 mus.

lib. 4. Met.
logi. c. ult.

Manſit hæc ſolennitas inveſtiturarum ad noſtra
uſque tempora. De Adriano IV. Pont. Max.
ſcribit Joannes Sarisberienſis Epiſcopus Car-
notenſis in Anglia: Ad preces meas Illuſtri Re-
gi Anglorum Henrico II. conceſſit, & dedit Hi-
berniam jure hereditario poſſidendam, ſicut li-
teræ ipſius teſtantur in hodiernum diem: nam
omnes Inſulæ de jure antiquo ex donatione
Constantini, qui eam fundavit & dotavit, di-
cuntur ad Romanam Eccleſiam pertinere. An-
nulum quoque per me tranſmiſit aureum, ſma-
ragdo optimo decoratum, quo fieret inveſtitu-
ra juris ingerenda Hibernia; Idemque annulus
in curiali Archio publico cuſtodiri juſſus eſt.
Hic eſt ille Adrianus Pont. à quo Fridericus I.
cognomento Barbaroſſa poſtulavit, ut in aula
Pontificiæ pariete quodam depictam imagi-
ginem Lotharii Imperatoris, qui flexis coram
Papa Innocentio II. genibus, coronam Impe-
rialem ab eo accipiebat: Hoc aſcripto inſulſo
Epigrammate.

*Rex venit ante fores, jurans prius urbis
honores,*

Sic homo fit Papa ſumit quo dante coronã.

(Quod Epigramma diſertè Imperatorem vaſal-
lum & beneficiarium Pontificis facit): Poſtula-
vit, inquam, Imperator ut hæc picturam, tanquã
contumelioſam imperio, deleret: Quod cum
Pon-

Pontifex quidem promiſſet, non tamen præ-
ſtitiffet, magnorum poſtmodum inter Frideri-
cum & Alexandrum Adriani ſucceſſorem, tu-
multuum bellorumque cauſam id præbuit. O-
mitto hic donationem Constantini, cujus Saris-
berienſis meminit. Omitto veterū Imp. in ſua
erga Pontifices Romanos majeſtate tuenda ſu-
perſtitioſam negligentiam. Omitto Lotharium,
qui adeo ſuæ conditionis immemor fuit, ut con-
ſtitutiones feudales ante januam etiam B. Pe-
tri, ut pontificiis placet, condiderit. Omitto deſi-
nique quæſtionem nobilem, quæ occasione ſu-
periorum hic moveri poſſet, cujus ſedes eſt lib.
4. feud. t. 20. An Imp. fidelitatem debeat Roma-
no Pontifici; & an vi ſolius electionis Cæſari
competat Jurisdictio, an verò tum demum, ſi
ſubſecuta fuerit papalis coronatio? De qua
controverſia pleni ſunt J. Ctorum, politicorum-
que libri, quos hic non compilabo. Referam
tantum de ea judicium Dni. Philippi Melanch-
thonis, ejuſque generi Caſpar. Peucer: quorum
hic ita ſcribit: Pontificia renunciatio non tribu-
it Imperium, ſed eſt publica teſtificatio, quæ oſ-
tendebat hanc perſonam juſtam eſſe, & juſtè po-
titam imperio, ut paſtor Eccleſiæ non dat ſpon-
ſam ſponſo, ſed teſtis eſt legitimi conjugij. Ro-
mæ conſulatus dabatur ſuffragiis ſenatus & mi-
litum, ſed is qui anno proximo Coſs. fuerat pu-
blice indicavit, quis eſſet electus. Philippus ve-
rò: Coronatio ſeu Patriarcha, ait, non dat impe-

lib. 1. Feud. 19.

lib. 4. Chron.
p. 41. a. & b.
p. 54. a. & b.
p. 53. b. & ſeq.
lib. 5. p. 154. b.

C

atum

rium, sed testis est, eum, qui electus erat, Christianum esse, & alienum à falsis dogmatibus, eamque ob causam professio doctrinae ante coronationem petebatur. Idem hunc catalogum, Impp. à Patriarchis coronatorum texunt Leonis I. ab Anatolio Patriarcha coronati: Anastasii Dicori Secundi ab Euphemio: Justinus, qui primus à Romano Episcopo est creatus: Tiberii Constantini à Patriarcha Eutychio cum conjugē Anastasia; Mauricii Cappadocis à Patriarcha Jejunatore; Phocæ à Patriarcha Cyriaco: Heraclii à Patriarcha Sergio unā cum Eudoxia. Constantini Copronymi ejusque filij Leonis IV. à Patriarcha Germano: Et si qui alii sunt, vel à me non notati, vel quos longum esset hic, præsertim non nihil à scopo, referre. In orbitam potius redibo. Hoc ipso indicio annulorum insignia Cunradini postremi Sueviæ ducis à Carolo Andegavense, Ludovici Galliarum regis fratre, securi nefarie innocentissimeque percussi, cum parte non contemnenda ducatus Sveviæ obtigerunt Henrico dapifero VValpurgensi, casus fidei Cunradinus jam securi ferendus, annulum commiserat. Colonienſis Archiepiſcopus in inauguratione annulum Imperatoris digito inferit. Quod in regis Galliarum unctione quoque fieri contigit. Adeoque ante decennium cum Maria Medicea, Henrici Magni conjux, Regina Franciæ Navarræque in fano S. Dionysij Anno 1620. d. 13. Maij coronaretur, Cardinalis de Joyeuse

*lib. 3. Chron.
p. 130. b. p.
143. b. 145. a*

*p. 164. b. p.
165. a. p. 168.
b. 170. a. p.
187. b. p. 189.*

*Peut. libr. 5.
Chr. p. 885.*

*Sleidam. lib.
2. de stat.
rell. p. 30. &
lib. 10. p. 347.*

Joyeuse annulum Reginae porrigens, hisce eam verbis compellavit. *Prends l'anneau de la Foy, signacle de la sainte Trinité par le quel tu puisses éviter toutes malices heretiques, & par la vertu, t'est donnée appeller les nations Barbares à la cognoissance de la verité.* Ad DEUM verò idem Cardinalis hanc orationem fecit: *Dieu du quel procede toute puissance & dignité, donnez à vostre servante par ce signe de vostre foy, l'effect prospere de sa dignité en la quelle foy elle demeure tousiour fermè & continuellement elle s'efforce de vous plaire par nostre Seigneur JESU CHRIST, &c.* ut ex tabella quadam Lugduni superiori mense April. descripsi. In Episcopatus investitura annulo baculus conjungitur, illisque duobus Symbolis Episcopi moventur, quod gregem dominicum pascere debeant, quodque desponsata ipsis sit Ecclesia, cui fidelem curam impendere debeant. Cui fictitiæ desponsationi, hunc jam annulorum usum sub-
*l. 11. § 6. ff. de
act. empt. l. 3
§. 15. ff. de
Institor. act.* jicio, quod ut in aliis contractibus, emptionis, potissimum, & venditionis, annulus arthæ nomine datur: Ita in matrimonij etiam contractu idem frequens est. Quo festivè Joannes Ovvenus, quem florentem nuper in Anglia audiavi, diuque florere exopto, allusit.

Annulus ut sponsa spondente ab amante daretur

Moris erat, ut & hoc pignus amoris erat.

C 2 An-

*Anulus à sponsa potius propignore sponso
Donetur, digitum porrigat ille suum.*

*Os. d. Lib. 1. Extat etiam Elegia Nasonis ad annulum, quem
Amor. Eleg. dono amicæ dederat, quam ita concludit:
15. p. 222.*

----- *parvum proficiscere munus,
Illa datam tecum sentiat esse fidem.*

Eademq; Elegia continet etiam rationem, quare sponsæ annulus offeratur, nimirum ut sit mutui amoris incitamentum, utque tam benè conveniat inter conjuges, quam digito convenit annulus.

Tam benè convenias, quam mecum convenit illi.

Et digitum justo commodus orbe teras.

Quæ ratio Isidoro etiam placet in cap. fœminæ 30. q. 5. Annulus ille pronubus ferreus erat, & sine gemma, prisca videlicet seculi, & antiqui virtutis parsimoniam, affectusque conjugalis constantiam designans. Deq; eo elegantè quæstionē Paulus Ictus movet: Sponsus alienū annulum sponsæ muneri misit, & post nuptias suum dedit, quæstionis est, an hic annulus sponsæ fiat? De alieno annulo dubium non est, quod sponsæ non acquiratur, quia nemo de alieno largus esse potest, atq; plus juris ad alium transferre, quam ipse habet. Sed neque posterioris donatio subsistere videtur, quia ea facta erat matrimonio constante, quo nulla inter conjuges donatio rata fit.

*lib. 36. ad
Edict.*

*ut ff. de
don. int. vir.
XXV.*

et firmaque est. Hisce tamen rationibus non obstantibus Paulus ex Nervæ aliorumq; Ictorum sententiâ decidit, quod imò annulus fiat mulieris, quia maritus, tunc factam donationem confirmare videtur, non novam inchoare. &c.

Sequitur iterum alius annulorum, in signando nimirum usus. Veteres Romani non seris tantum, sed annulorum etiam signaculis supellectilem suam custodiebant. Sic lagena signata legitur apud Martialem: Nunc signat meus annulus lagenā. Vononi Phrahatis regis filio probro cessit, quod vilissima utensilium annulo clausit. E contrario à diligentia ista matrem suam Cicero commendat, Tironem libertum monens, sicut olim matrem suam fecisse meminerit, quæ lagenas etiam inanes obsignaverit, ne dicerentur inanes aliquæ fuisse, quæ furtim essent exsiccata: sic ipse etiam, si quod scribat non habuerit, ut tamen scribat, ne furtum cessationis quævisse videretur. Darius Rex speluncam leonum, in quam Danielem Prophetam deiecerat, annulo suo & optimatum obsignavit, ne cuiquam facultas esset, aliquod Danieli damnum inferendi. Vnde apparet, omnis generis res annulo signari solitas, non solum tabulas, literas, obligationes, apochas, antapochas, testamenta, instrumentaque alia. Verum non usque quaque inter Ictos convenit, cum ex jure prætorio sive honorario signacula septem testium ad substantiam testamenti sint necessaria,

*Epigr. 89.
lib. 9.*

*Tac. 1. Ann.
c. 2.*

*lib. 16. Epp.
26.*

Dan. 6. 16.

num

lib. 29. ad R.
dict. in l. 23.
S. 5. ff. de test.

num ea signatio solo tantum annulo, an verò a-
lio quovis instrumento, quod signum inscul-
ptum habet fieri possit? Quam controversiam
Vlp. decidit: Magis est, inquit, ut tantum an-
nulo quis possit signare dum tamen habeat *ex-
equi* 99. Quæ vera quibusdam, inter quos & Phæ-
nix Jertorum Cujacius, videtur hujus loci lectio,
quam hæc ratio confirmat: Quod facilius fraus
& corruptio testamentorum evitari possit, si si-
gnis tantum exquisitoribus, qualia annulis in-
sculpebantur, non quibuslibet obviis, in ulti-
mis voluntatibus locus sit, cujus cavendæ ergo
reliqua etiam singulari cura, prudentiaque, ex-
cogitata & reperta sunt: nimirum, ut testamen-
tum uno contextu, hoc est, nullo extraneo actu
interveniente fiat, ut testes simul conveniant,
nomen suum subscribant, & plura alia. A qua
sententia ferè communiter interpretes recedunt,
qui verbis Vlpiani negationem addunt, *ut non
tantum annulo*, sed etiam quovis alio signo & cha-
racterè signatio expediri possit. Et hi pro se ha-
bent Constitutiones Imperii, de Notariis, ru-
brica de testam. vers. *Nun die Form*. Cæterum ni-
hil interest, utrum suo annulo quis signaculum
imponat, an testatoris vel alieno, dummodo
hoc si fecerit, in subscriptione id exprimat ad
crimen falsi evitandum, quod Jesabel commisit,
quæ litteras nomine Achabi scriptas, annulo
Regis furtim signavit. & ad seniores & optimates
misit, qui innocentem Naboth, cujus felicitati
rex invidebat, interficerent.

Reg. 21, 8

Variè

Variè autem, inquit Ulpianus, homines si-
gnant: Alexander Magnus litteras quas in Eu-
ropam mittebat, veteris annuli geminâ obsigna-
bat; lis, quas in Asiam scribebat, Darii annulus
imprimebatur, ut appareret, unam animam duo-
rum non capere fortunam; quæ ratio est pru-
dentissimi historici Q. Curtii. In Neronis sigillo
ex Orichaleo facto, effigies est certaminis, inter
Apollinem & Marfyam, & poena hujus: In cujus
orbem scripta sunt hæc verba: NERO CLAU-
DIUS, CÆSAR, AUGUSTUS, GERM A-
NICUS. P. MAX. TR. P. IMP. P. P. Quod si-
gillum erutum est anà cum multis statuis, (quas
Burdigala superiori mense Februario oculis la-
stravi) & quibus marmoris literis Romanis
in scriptis, brachiis & pedibus statuarum, lapidi-
bus coctilibus diversorum colorum, reliquiis o-
peris Musivi, plumbi liquefacti massis, nummis
Imp. antiquorum, & Imperatricum, annulis fero-
reis cum clavibus: Hæc, inquam, omnia eruta
sunt, cum anno 1591. extra urbem Burdigalam
in agro quopiam montis Judaici lapides struen-
do ædificio effoderentur, quæ diligenter à Ma-
jori urbis & juratis inter *usum* 112. affervantur, &
custodiuntur. D. Augustus primum sphingis si-
mulacro signabat, quod cum sinistram apud
nonnullos fortiretur interpretationem, qui re-
scripta & edicta, quæ promulgaverat, ænigma-
ta vocarunt, id deposuit, Alexandri M. imaginem
assumptâ, qua successores etiam ejus utebantur.

lib. 6. p. 224.

7040. Sine.
in Burdigala.
c. 3. p. 648.

Pom

Valer. Max.
lib. 8. c. 18.
de gloria cu-
piditate.

Pompejo nota leonis; Meccœnati ranæ; Plinio Juniori quadrigæ familiaris erat. L. Sylla etsi ad neminem scriptorum animum direxit, tamen Jugurthâ à Bocho rege ad Marium perducto, totam sibi laudem cupidè asseruit, ut annulo quo signatorio utebatur, sculptam illam traditionem haberet, & quantus postea ne minimum quidem gloriæ vestigium contempsit; Tiberii temporibus imaginem Cæsaris adulationis ergo insculpebant, quam latrinæ vel lupanari intulisse capital erat. Et Seneca autor est, quendam accusatum esse reum læsæ majestatis, quod matulam apprehendisset ea manu, quâ gemmam gestabat Imperatoris imagine signatam, Vtinam verò annuli, quibus nomen Salvatoris hodiè insculpi solet, in ea apud nos, quâ illi apud Ethnicos auctoritate essent, nosque monerent, ut in manus à rerum alienarum contrectatione, proximi læsione, omniq; turpitudine cohiberemus. Hoc, inquam, si annuli isti sacri efficerent, obpium eorum usum, non nihil fortè de rigore constitutionis Theodosii, & Valentiniiani Imp. remitti posset, interdicentium, nemini licere signum Salvatoris CHRISTI, humi, vel in marmore, aut insculpere aut pingere. Galbæ temporibus in munitione oppidi, quod sedem bello Imperator delegerat, repertus est annulus opere antiquo sculpturæ gemmæ, victoriam cum trophæo exprimente: quod boni ominis ergo ab historico annotatū est: Filius scipionis ἀκόλαστος patris

lib. 1. c. 1. 8.

Sueton. in
Galb. c. 10.

Val. Max.
lib. 3. c. 5.

patris caput in annulo sculptum habebat, quem propinqui de manu ipsius detraxerunt, indignum judicantes qui paternam effigiem in auro gestaret, quem animo oculisque gestare cuiusque virtutem æmulari debuisset. De aliis veterum ἀποσφραγίσματα videndus Fridericus Taubmannus. In quorum locum hodiè insignia successerunt, quæ sibi ipsi pro lubitu quis fingere potest, dummodo ab aliis abstineat, quæ familiis nobilibus, vel ab Imperatore, vel à sacri Palatii comitibus concessa sunt; qui tamen posteriores, licentia sua insolenter abutentes, insignia quandoque tribuunt, non pro dignitate & meritis petentium, sed pro fordibus & nummario pretio venalia circumferunt. Salsè Bonifacius Jétus, quendam qui falcem in alienam messem immiserat, hoc disticho ridet:

In not. ad
Amphis. in
act. 1. c. 2.
p. 33.

In trad. ad
furt.

Redde aquilam Imperio, Columnis redde
columnam,

Ut sinis ursam, sola catena tua est;
Et in Genevensium insignia lusit Ovvenus:
Clavem aquilamq; gerit duplex insigne
Geneva,

Illud Papatus, hoc habet Imperij;
Hoc insigne tuū, quo Iure Geneva tenebis,
Si repetat clavem Roma, Rodolphus a-
vem?

D

Illustr.

Scipio Genti
pro lecti-
one

Illustre exemplum insignium ab Imperatore do-
natorum in Baldo cernimus, quem ob insignem
Juris peritiam Carolus IV. Imp. adeo charum
habuit, ut ipsi secum insignia regni Bohemiae
voluerit esse communia; quae cum ita picta Bal-
do offerrentur, quasi leo caudam intra foemina
absconderet, natus est inde inter amicos ipsius
jocus, quod insignibus quidem regalibus gau-
deret, sed leonem absque cauda, & titulum sine
regno possideret. Insignia Hadingthonis An-
gliae Comitis, sunt clypeus coronatus, bicolor,
viridis & albus, in quorum illo, manus gladium
qui cor penetrat tenet, cuiusque cuspidi corona
imminet. Campus albus aquilam continet, co-
rona redimitam. Clypeum ab utroque latere u-
nicornu & Leo, regni Scotiae insignia, muniunt.
Supra clypeum surgit planta virens, symbolum
que est. *Hac dextra vindex patriae.* Historia unde
Comes illa insignia nactus sit ita habet: Jacobus
Magnus Angliae & Scotiae rex (cujus majestatem
superiori mense Majo tantum non adoravi) a
procerib. regni Scotiae sub convivii specie nefarie
appetitus est. Quidam ex primoribus sumpto
prandio, regem a convivis vel deambulandi, vel
loci, in quo versabantur, lustrandi gratia abdu-
xit. Quotiescunque vero conclave aliquod in-
traverant, illud continuo claudebatur. Per lon-
gos tandem anfractus rex nihil mali suspicans
ad cataphractum quendam, qui parricidii exe-
cutor constitutus erat, adducitur, quem ille au-
gusto

gusto suo aspectu ita attonitum reddidit, ut ex
animis in terram conciderit. Interim Rex Jaco-
bus dum parricida, mole armorum non nihil im-
peditus, sese recolligebat, ad fenestram accurre-
re proditoremque clamitare. Quod Comes
Hadingthonius, tunc temporis satelles regius,
exaudiens, per obliquam quandam januam, di-
vinis auspiciis ad regem penetrat, consilium ma-
lum in consultorem vertit, & carnificem obtrun-
cat. Quo facto regem submissè monet, ut suae
saluti consulat, intraque conclave sese contine-
at. Ipse satelles ad reliquos convivas se confert,
regem fingit occisum, sociosque conjurationis,
qui hoc nuntio accepto animi *μεγαλῆσαν* & lante-
nam suam in reliquos etiam regi addictos exer-
cere voluerunt, ope aliorum subnixus repressit,
regemque Jacobum assassinatorum manibus eri-
puit. In cujus liberationis memoriam ipse salva-
torem suum Comitis dignitate ornavit, a quo
insignibus istis donavit. Quam historiam ita a
familiaribus ipsius mihi relata, hic insere vo-
lui, cum quod memorabilis admodum sit, ex-
emplumque praebet ejus, quod cor regis in
manu Dei sit; tum quod superiori mense Aprili
illum ipsum Comitem, ejus manum & insignia
plus vice simpla Lugduni oculis meis viderim.
Maximilianus I. Imperator, cum in pugna qua-
dam contra Bohemos, auxilium Electori Pala-
tino contra Bavariae duces ferentes, ferrea cla-
va percussus, Erici Ducis Brunsvicensis benefi-

Melch. Jui-
nius in Or. 8
2 de feud.
conferend.
p. 218. l. 1. m. 6

cio servatus esset, in præclarè, fortiter fideliter
que gestæ rei memoriam, insignia ejus stella au-
rea ornatiore reddidit, quæ etiã nunc in Ducum
Brunsvicensium insignibus fulget, Pulcherrima
L. Guic. in & munitissima Brabantia urbs Antverpia no-
desir. Ant. men & insignia sua à manuum abiectione mu-
tuata est. Tradunt enim ævo jam tum I. Cæsaris,
fuisse arcem ad Scaldim flumen, in qua immanis
quidam habitaverit Gigas Druon, vel ut alii ma-
lunt Antigonus, qui usurpata in hunc tractum
Tyrannide, violenter exegerit mercium, quot-
quot illac præterveherentur semissem: merca-
tores autem compertos fraudis, non omnibus
tantum bonis, sed altera etiam manuum quam
recisam in profluentem abjiceret, ita dictant
videlicet lege, multaverit. De Saxonia sermo ex-
rura, ut & de Principum Transylvanica, aliarum-
que familiarum nobilitum insignibus, prolixi-
tatis evitandæ causa lubens raceo, atque ad si-
gnaturas redeo. Carolus M. Imp. insignia sua nõ
annulo, sed gladii sui capulo insculpta habebat,
quibus edicta & constitutiones suas obsignabat.
Quo laudatissimus Imp. innuero voluit, illius ef-
fe, qui clarus & potens haberi, esse quoque reve-
ra cupit, & LL. mandataque dare, & datas semel
summo studio tueri ac defendere. Cui factio po-
rior ratio subest, quã illi, quod captivorum infantes
atq; pueros adensẽ metiri & eos, qui ensẽ statu-
rã excessissent capite plecti jusserit. Habebant a.
principes magnũ honorem illis, quibus annuli
curam

Jun. Orat.
de ration. e-
urgend. s.
& Orat. pro
dux. Boz
dux. Boz

curam commendabant, qui speciali appellatio-
ne, quaestores sacri palatii dicebantur, quorum
munus idem ferè erat, quod Cancellariorum
nostro est in aulis principum tempore Sub Cajo
Cæsare pater Trogi Pompeii militavit, Episto-
larumque & legationum simul, & annuli curam
habuit. Eodem sub Augusto Imperatore munc-
re functus est Mæcenæ & Agrippa, ut ex Hora-
tio, Dione & Xiphylino, probat Henricus Sal-
mach. Eandemque dignitatem Ahasverus, qui
in profanis historiis Darius Histaspis filius no-
minatur, ab Hamano ad Mardocheũ transtulit.
Cæterum quia de signationibus principum
loqui cæpi, non alienũ esse existimo, nonnulla
circa eas singularia annotare. Inter quæ primum
est, quod olim soli reges vel Imp. decreta Impe-
rii & comitia signarunt, ut patet ex aurea Caroli
IV. Imp. bulla, & Camera ordinatione, Worma-
tiae, Anno 1491 & alias passim. At postmodum
cum Cæsare duo ex Electoribus, duo ex Princi-
pibus utriusque ordinis, unus ex Abbatibus &
Comitibus, & civitas loci, in quo habitati sunt Co-
mitia, signarunt. Secundum singulare est sole-
mnis sigilli oblatio, quæ fieri solet Imperatori,
vel Regi Romano, curiam celebranti, de qua ta-
lis est ordinatio aureæ bullæ: Ingresso Impera-
tore vel rege ad mensam, principes Electores,
Ecclesiastici videlicet Archiepiscopi, stantes
ante mensam cum cæteris Prælatibus benedicent
eandem, & benedictione completa, eidem Ar-
chiepiscopo

Iustin. lib. 48
in f. p. 166.

Jun. not. ad
Pancirob
Escher. c. 8.

Paurmeist.
lib. 2. de Jur-
isd. c. 2. m.
33. per 1. & 2.

chiepiscopi omnes, si adsint, alioquin duo vel
unus sigilla & typaria Imperialia seu regalia à
Cancellario curiæ recipientes; eoque in cuius Ar-
chicancellariatu curiam ipsam celebrari contra-
get, in medio procedente, & aliis duobus ex al-
terutro latere subjunctis, sigilla & typaria ipsa,
omnes quidem baculum, in quo suspensa fue-
rint, manibus contingentes ea portabunt, & an-
te Imperatorem, vel regem reverenter ponent
in mensa. Imperator v. vel rex eadē ipsis statim
restituēt, & in cuius Archicancellariatu hoc fue-
rit, ut præfertur, is majus sigillum collo appen-
sum, usque ad finem mensæ gestabit, & deinceps
donec ad hospitium suum perveniet ab Imperi-
ali sive regali curia equitando. Baculus verò, de
quo præmittitur, esse debet argenteus, duode-
cim marcas argenti habens in pondere, cuius
tam argentei quam pretii partem tertiam unus-
quisque Archiepiscoporum ipsorum persolveret,
& baculus ipse protinus unā cum sigillis & typa-
riis debet Cancellario Imperialis curiæ assigna-
ri, in usus suos beneplacitos cōvertendus. Post-
quam autem is, quem ordo tetigerit, portando
sigillum majus ab Imperiali curia ad hospitium
suum redierit, ut præfertur, statim sigillū ipsum
per aliquem de suis familiaribus prædicto Im-
perialis curiæ Cancellario remittet, super equo,
quem juxta propriæ dignitatis, decentiam & a-
morem, quem ad Cancellarium curiæ gesserit, i-
psi Cancellario tenebitur clargiri.

Tertium

Tertium singulare est de sigilli statum Belgi-
mutatione, cum jugum Hispanicum excuterent,
& Aristocraticam, ut videretur, Reip. formam cō-
stituerent. Edictum generale erat ad omnes ma-
gistratus & præfectos, ne quisquam titulis, no-
mine, & insignibus, sive majoribus, sive minori-
bus, Philippi II. Regis Hispaniarum uteretur,
sed in causis & negotiis, quamque provinciam
specialiter cōcernentibus, adhiberet illius pro-
vinciæ sigilla propria. In causis autem admini-
strationem communem concernentibus, ordi-
nes voluerunt ut sigillum magnum imponere-
tur, quod edictum videre est in historia Belgica
Metterani. fidem ordines Roberto Dudlejo E-
lisabethæ Angliæ Regiæ jussu, provinciarum
præfecto singularem dederunt licentiam, non
solum mutandi sigilli majoris, inserendiq; suo-
rum insignium clypeum: sed quandoque etiam
sua ipsius insignia gentilitia usurpandi. Quæ po-
testate Antecessores ipsius quotquot erant, ca-
ruerunt. Quarto multū interesse videmus qua-
cера Principes signent. De Gallorum moribus
testatur Bodinus, L.L. quæ perpetuitatem habet
oera viridi ac sericeis virentis, purpurei ac viri-
dis coloris, muniti. Ad edicta verò temporaria,
ne sericeos funiculos, nec ceram viridem, sed
flavam adhiberent. Privilegium mundinarum
Hamburgensium à Carol. IV. civitati cōcessum,
munitum est sigillo rotundo, pendente à fune,
ex flavo & nigro sericeo consortio. Aliæ ejusdem
Impe-

Vid. de er.
klärung d
controver-
tenden
Schiffart/
und stoffel-
gerechtig-
keit auff d
Elb/geri-
schen den
Fürst von
Lüneburg
und d stadt
Hamburg.
p. 135. & p.
141.

Imperatoris literæ ad eundem senatum, de Jure
persequendi piratas & latrones, territorium i-
pſius infeſtantes, obſignatæ ſunt, rubra & alba,
cera; Literæ Judicum, Coſs. Uniuerſitatis Wort-
ſatæ (der Wurſſſriefen) quibus in latronib. per-
ſequendis, auxilia Hamburgeniſibus promit-
tunt, cera candida; Literæ Bonifacii Pontif. de
Jure altaris portatilis habendi in turri Nigeo.
munitæ ſunt ſigillo orbiculari plumbeo, à ſunc
candido lineo pendente. Turris hæc aliàs etiam
Niegemerck/ & Nova Ocht dicta, duodecim millia-
ribus Hamburgo diſtat, juxta portam fluminis
Albæ, (Ita Pontifex Albim flumen appellat) &
prope mare Oceanum, in hunc finem extructa,
ut ad dictum portum venientes, & ab eodem na-
vigantes, veram ejus cognitionem habere, navi-
umque curſum ita dirigere poſſint, ne in ſcopu-
los impingant, utque ex eadem piratæ cohiberi
atque repelli queant. Hæc ſunt quæ de ſignatio-
nibus annotare volui; quibus addo, hunc mo-
rem etiam nunc obſervari, ut cera rubra relin-
quatur nobileſibus atque Doctõribus, viridis Ma-
giſtris, aliisque inferioris ſubſellii hominibus.
Imò alia cera tristes literæ, nigra nimirum, alia
illæ quæ læti ſunt argumenti quandoque clau-
duntur. Addo etiam veſtigium ſignationis Ro-
manorum per linum & ceram, quod eſt in S. 3. J. de
pup. ſubſtit. de qua Paul. J. Cus, lib. 5. ſent. t. 25. refert, Se-
natus conſultum: Ampliſſimus, inquit, ordo de-
crevit, eas tabulas, quæ publici vel privati con-
tra-

tractus ſcripturam continent, adhibitis teſtibus
ita ſignari, ut in ſumma marginis ad mediam
partem perforatæ, triplici lino conſtringantur,
atque impoſitum ſupra linum ceræ ſigna impri-
mantur, ut exteriores ſcripturæ fidem interiori
ſervent. Aliter tabulæ prolatae nihil momenti
habent, &c. Cujus formæ ſignandi auctorem,
Neronem Sueton. laudat, cum ait; Adverſus fal-
ſarios tunc primum repertum, ne tabulæ niſi
pertuſæ, ac ter lino per foramina trajecto obſi-
gnarentur. Qua de re plura apud Barnab. Briſſ.
Præmium verò quod ſcribis pro ſignatione of-
ferebatur *Cerarium* dicebatur. Venio nunc ad il-
lum, qui ultimus mihi erit, annulorum uſum, de
quo Antipho apud Comicum:

*Hæc aliquot Adoleſcentuli coijmus in Piræo
In hunc diem ut de ſymbolis eſſemus. Chæream ei rei
Præfecimus: dati annuli, locus, tempus conſtitutum eſt.*

&c.

Annulum Antipho ſymbolū vocat, quod nihil
aliud erat, quam arrha dari ſolita ei ſodalium,
qui cœnam parare jubebatur, ut de convivarum
numero certus eſſet. A quo differt ſymbola, quæ
eſt collatio Eraniftæ ad convivium. De quo di-
ſcrimine Iſaacus Caſaubonus in animadverſ. ad
Athenæum & Taubmannus. Sciens hic cala-
mum ſuſpendo in referendis quibuſdam annu-
lorum uſibus ſpecialibus minusque frequenti-
bus. Silentio tranſmitto illos, qui memoriæ
annulis juvant: Taceo Hannibalem, Demothe-
nem,

6. 17. In Nep

lib. 6. formæ
lar. p. 512.

De quo Cic.
in Verrin.

Terent. in
Eunuch. act.
3. ſc. 4.

lib. 3. c. 31.
Ad Plaut.
Pſeudol. act.
1. ſc. 1. p. 809.

nem, Heliogabalum, alios qui venena annulis recondita habuerunt, quibus necessitate itaferente, ne hostium potirentur, se perimerēt. Quæ si latius exequi vellem, nimis hoc caput excre-
 sceret, quod jam mihi inopinato factum video.

CAPUT.

IV.
 De annulo-
 rum mate-
 ria & diffe-
 rentiis.

In Trucul.
 lib. 33, c. 10.

l. 19. §. 7. ff.
 de aur. arg.

Dalecamp.
 in not. ad
 Plin. lib. 33.
 c. 1. lit. a.

Ordinis ratio me monet, ut de materia an-
 nulorum etiam aliquid dicam. Ea primum fer-
 rum fuit, ita quidem, ut cum apud Græcos, tum
 horum æmulos Romanos, senatores ipsi, vel qui
 de hostibus victis triumphabant, non nisi ferro
 reo, quem Plaut. ahenum vocat, usi fuerint an-
 nulo. Quod Plinius respiciens, æquam fortunam
 triumphantis, & servi coronam sustinentis scri-
 bit. Sed ut ingenium humanum quotidie ferè
 novas luxuriæ superbiæque formas edere pro-
 perat; Ita rejecto postea ferro, argenteorum au-
 reorumque usus invaluit, iiq; adeò frequentes ef-
 se cæperunt, ut Q. Saturninus auri appellatione
 annulum contineri responderit. Quidam ex so-
 lido erant auro, qui Thynici à Bithyniâ, in qui-
 busdam palæ erat ferrea, qui itidem à loco Sa-
 mothræ dicebantur, quos non secus ac Physi-
 cos Græcorum annulos, qui intus pervii calsiq;
 erant, ἀλεξίφθορον, vim habere credidit antiqui-
 tas. Nos annulis ferreis ex catena, à qua homo
 trium litterarum pependit, virtutem curandi
 spasmus, superstitiosè potius quam occultâ a-
 liquâ qualitate urgente, tribuimus. Quidam an-
 nuli gemmati erant, quidam gemmis carebant,
 quos Plinius leves, Græci ἀπείρους, ἀλίβας, & λιτὲς,
 appel-

appellant. Commodè mihi hinc Jctorum quæstio
 occurrit; An gemma auro cedat, an aurum gem-
 mæ? Regula Juris hæc est, cum quærimus, quid
 cui cedat, illud spectamus quid cuius rei ornan-
 dæ causa adhibetur, ut accessio cedat principali,
 non spectamus quæ res sit pretiosior: Exemplo
 est purpura, quæ licet pretiosior sit panno, tamè
 accessionis vice cedit vestimento. Concluden-
 dum igitur est, si gemmæ auri ornandi gratia ad-
 hibitæ sunt, auro eas cedere; sin aurum gemma-
 rum ornandarum gratia accesserit, aurum gem-
 mis cedere. Hinc Paulus Jctus, si, ut habiliter
 gemmæ geri possint, inclusæ auro fuerint; tum
 aurum gemmis dicimus cedere: Idemque alibi:
 auro annumerantur gemmæ, annulis inclusæ:
 quippe annulorum sunt, &c. Hæc ergo prima est
 annulorum differentia à materia. Sunt & aliæ à
 forma atque usu personarum. Muliebris sexus
 peculiari annulo, qui animalium ab Ægyptiis
 inter Deos cultorum imaginem præsentabat,
 gaudebat usque ad Vespasianum Imp: sub quo
 cum viris communicatus est, Virgini sive Flami-
 ni Diali non nisi pervio cassoq; uti fas erat. De-
 niq; alii annuli erant hyberni alii æstivi: (quod
 semestre aurum vocat Juvenalis.) Horum isti
 majoris ponderis, hi leviores erant, si ita pace
 Ulp. mihi loqui liceat, qui leves annulos eos vo-
 cat, qui rem non excedunt quinque aureorum.
 De hisce æstivis annulis idem Juvenal.

TIT. 10.

l. 19. §. 13. ff.
 de aur. arg.
 mund.

§. 26. §. 7. de
 Ker. dif.

l. 10. ff. de
 aur. arg.
 mund.

Plin. lib. 33.
 c. 3.

A. Gell. lib.
 10. noff. Att.
 c. 15.

Satyr. 7.

l. 6. ff. de bon
 damnat.

Satyr. 1.

*Ventilet astringum digitis sudantibus aurum,
Nec sufferre queat majoris pondera gemma.*

CAPUT. Quænam porrò sunt personæ quib. annulorum
Jus competit? Servilis conditionis hominibus
ferreis tantum sive Samothraciis uti licebat,
quos deponebant, si ad pileum vocabantur:
Quod Papinius levæ ignobile ferrum exuere
dixit. Poterant tamen servi in peculio suo aureos
habere, ut ex Comico constat, apud quem
Stalino Senex Pardaliscæ ancillæ promittit: Si
effexis hoc soleas tibi dabo, & annulum in digi-
to aureum. Libertinorum ornamentum erat
annulus argenteus. Legatis verò ad exterarum gen-
tes inter reliqua munera (qualia apud Persas e-
rant, talentum Babylonicum, duæ argenteæ phi-
alæ, armillæ, torquis, acinaces, & stola Medica,
quam Doryphoricam appellant) majoris aucto-
ritatis causa, annulus aureus publicè dabatur,
quem tamen non prius inducebant, nisi in publi-
co versarentur, domi ferreo contenti. Tribuni
plebis quamvis pro commodis plebis excuba-
bant, inque Imperiis compescendis occuparie-
rant, instrui tamen ea argenteis vasis & annulis
aureis publicè præbitis patiebantur, quo talium
rerum usu auctoritas magistratuum esset orna-
tior. Africanus posterior, Masinissæ nepotem
ex sorore, annulo fibulaque aurea, & tunica la-
ticlavata, Hispanoque sagulo, & ornato equo do-
natum, datis qui eum prosequerentur equiti-
bus, ad Masinissam remisit. Apud Persas donari
annulo

*De perso-
nis quibus
annulorū
usus & jus
cōpetebat.
lib. 3.*

*Plant. Casin
act. 3. sc. 5.*

*Isidor. lib. 19
Etymol. c. 32
Ælian lib. 1.
Var. hist. c. 22*

*Val. Max.
lib. 2. c. 1.*

*Id. lib. 5. p.
277.*

annulo à Rege fœdus inexplicabile, & summi
amoris erat. Equestris deinde ordo præter Au-
gusto clavum, hoc insigne aureorum annulorū
habebat, quo à plebe distinguebatur, & mone-
batur, ut in necessitatibus (quæ sub annuli spe-
cie figuratur) virilem fortitudinem præstent,
atque exhibeant: Hinc annuli ordo Plinio idem
est qui equestris, hoc est inter patricium & ple-
bejum medius. Tacitus quoque annulis hono-
rare, & equestri dignitate ornare promiscuè u-
surpat, quando de Galbæ liberto Icelo scribit:
Eum annulis donatum equestri nomine Marcia-
num vocitatum esse. Equestre nomen Marciani
vocat Historicus. Neque enim silentio præter-
eundum est, libertos annulo donatos, expulso
veteri nomine, equestre assumere. Alia autem
nomina ingenuis, alia olim servis imposita Mu-
sonius hisce verbis, docet: Majores mei Atheni-
enses, inquit, nomina juvenum fortissimorum
Harmodii & Aristogitonis, qui libertatis recu-
perandæ gratia Hippiam tyrannum interficere
adorati erant, ne unquam servis indere liceret,
delecto publico sanxerunt. Quoniam nefas du-
cerent, nomina liberrati patriæ devota servili
contagio pollui. Simili, pergit, exemplo ex-
contraria specie antiquos Romanorum audio
prænomina patriciorum quorundam, malè de-
republ. meritorum, & ob eam causam capite da-
mnatorum, censuisse, ne cui ejusdem gentis pa-
tricio inderentur; ut vocabula quoque eorum.

*Alex. ab Al-
lex. Genial.
diar. lib. 1. p. 43.*

*lib. 3. c. 17.
lib. 1. hist.
c. 13.*

*Apud A.
Gell. lib. 9.
noct. Att. 6.
2. circa fin.*

Sueton. in
Claud. Tib.
c. 1.

L. 44. ff. de
manu miss.
et ff. l. 122. §. 1
ff. de V. O. A.
Gell. libr. 4.
noct. Att. c.
20. l. 24. ff.
ad L. Corn.
de fals. 439.
§. 4. ff. fam.
arsifund.

Sueton. in
Galba c. 10.

lib. 2. b. 1.
c. 58.

defamata atque demortua cum ipsis videren-
tur. Gensque Claudia cum prænominibus co-
gnominibusque variis distingueretur, Lucii
prænomen consensu repudiavit, postquam è
duobus gentilibus præditis eo, alter latrocinii,
cædis alter cōvictus est. Servilia nomina in Jure
è multis hæc collegi: Eutychiæ & Hirenes Sacci
Erotis, Airhaletis, Stephani, Statii; quo nomine
plærique apud veteres servi fuerunt. Cæcilius
quoque Comædiarum Poeta inclutus servus
fuit, & propterea nomē habuit Staius, sed post-
ea verum est quasi in cognomentum, appella-
tusque Cæcilius Staius. Verum hæc obiter de
nominum propriorum differentiis, de quibus
observationes historicas expecto Georgii Rit-
tershusij, mei per quadriennium ferè Ephori &
per exoticas terras ductoris fidelissimi, quem
honoris causa nomino. Idem Imp. Galba, qui
hoc libertum suum jure & honore mactavit, de-
legit equestris ordinis juvenes, qui manente
aureorum annulorum usu, *Evocati* appellaren-
tur, excubiasque circa cubiculum suum, vice mi-
litum agerent. Ægerrimè autem equites fere-
bant, jus aureorum annulorum ad libertinos
devolvi. Innuit hoc Tacitus, quando ait: Postu-
lante exercitu, ut libertum suum A. Vitellius e-
questri dignitate donaret, inhonestam adula-
tionem compescuit, dein mobilitate ingenii,
quod palàm abnuerat, inter secreta convivii lar-
gitur, honoravitque Asiaticum annulis. Cum
quibus

quibus pulchrè concordant, quæ de utroque li-
berto Icello & Asiatico memorat Sueton. Cum
Cn. Flavius humillimæ quondam sortis, (Li-
bertini filius) præturam adeptus esset, nobiles
intantum indignabantur, ut annulos aureos si-
bimetipsis & phaleras equis suis detractas, ab-
jecerint. Indignabundus quoque C. Tiercelli-
nus sæpius dixit, torquem conchyliatum (insig-
ne Equitum S. Michaelis) postquam indignis
promiscuè communicari cœpisset, non jam esse
fortium virorum insigne, sed omnium bestia-
rum collare. Vapulant hoc nomine Reges Gal-
liarum, qui plures quam trecentos in Eque-
strem S. Michaelis ordinem cooptaverunt, quos
non virtus & facta heroica, sed typhus atque
fastus compulerat, ut hunc à Regibus honorem
petere auderent. Quod an illustriori accipientium
in re familiari detrimento, an verò danti-um
existimationis læsione factum sit, disjunctu
difficile est: cum illi novitii, ne novam dignita-
tem vilipendere viderentur, immoderatos sum-
ptus facerent, & facultates graviter mutilarent,
supra centum ex illis, ubi intellexerunt S. Mi-
chaelem ad Lazarum grallatoriis passibus pro-
perare, torquem in manticam mutaturum, ve-
terem vivendi modum repetentibus, inutili fa-
mulitio dimisso, & torque in arculam incluso:
hi verò equestrem honorem virtuti ac meritis
prius debitum passim vilibus conferrent, & sic
quos minimè debebant, collegas suos crearent.

Neque

In Galba
14. & in Vi-
telli c. 12.

Valer. Max.
lib. 9. c. 3. p.
550.

Thom. lib.

Thom. Laus
in consuli.
de princ. int
prob. Eur.
or. contra.
Gall. p. 319.
ad 2.

Philipp. Zies-
gler in erfu-
dung vnn-
schiffung in
West Jn-
dien. 2. 31.

apud Lam-
pridius.

Neque melius Regibus Gallia audit Ferdinan-
dus Rex Castiliae, qui ut nonnullos Bartholo-
maeo de Casis, ex sacerdote Cubagae Occidenta-
lis Indiae Insulae facto praefecto, avaritiae conciliaret ministros, in conquirendis margaritis, quae ibi largiter profluunt, trecentis rusticis nobilitatis & equestris ordinis jura contulit: quorum insigne erat vexillum, rubra cruce pictum. Laudem e contrario meretur Alexander Severus, quod liberos nunquam in equestrem locum aureis collatis annulis redegerit, ne senatorius ordo, cujus prior seminarium est, libertis commacularetur. In jure tamen nostro liberti immunitatis hujus capaces atque participes sunt, ad quam tamen non admittuntur ex D. Commodi rescripto, nisi scientibus & consentientibus patronis. Quia in re jus annulorum cum jure Quiritum convenit, quod itidem libertus sine patroni consensu adipisci nequibat.

CAPUT
VI.

De immu-
nitatibus,
quas per 19
annulorum
quis conse-
quebatur.
l. 10 §. 3. ff. de
in jus voc.
N. 78.
l. 3. in pr. ff.
de bon. li-
bert. l. 10. §.
1. & l. 11. ff.
de SC. Silan.

Licet verò libertus per jus annulorum omnia ingenuitatis munia consecutus fuerit, jura tamen patronatus salva manent; Unde & reverentiam patrono debet; non potest eum sine venia in jus vocare: abstinere debet aut manibus, aut insidiis, aut aliis, ex quibus liberti tale aliquid agentes rursus & servitutem sustinent, & restituntur priori conditioni: Adversus ejus tabulas venit patronus: & vivit quasi ingenuus moritur quasi libertinus. De eo qui hoc jus petierat, non secus ac de iis, quos vivus quis manumiserat

miserat quaestio haberi potest: & ut verbo absolvam ex Constitut. Diocletiani & Maximiani aureorum usus annulorum principali beneficio tributus, *libertinitatis quo ad vivunt imaginem tantum praestat non jus ingenuitatis.* Jura, dixi, patronatus salva manere, nisi tamen ab illis etiam libertum, qui libertatem donavit absolverit, aut per fideicommissum hoc relinquens, aut in ipsa libertate hoc adjiciens. Nam si hoc ille dederit, omnino qui manumittitur absolvetur etiam a patronatus jure, reverentia tamen excepta, eò quod ille hoc expresserit. Exemplum, *prærogativa in libertis, qui Jus annulorum impetravit, est, quod non secus atque ingenuus a tutela libertini sese excusare potest.* Notanda, autem est insignis differentia inter Jus vetus & Justiniani. Illo siquidem libertus ut patronum, consentientem haberet, necesse erat, magnisque insuper sumptibus onerabatur, atque difficilis erat impetratio. Jure autem novissimo, qui libertatem acceperit, habebit subsequens mox & aureorum annulorum, & regenerationis Jus, & non jam ex necessitate hoc a principibus postulabit, sed libertatis virtute hæc omnia subsequetur. Liberi etiam a patrono ex liberta suscepti, a postulatione aureorum annulorum liberati sunt, si patronus eam ducere, & nuptialibus confectis instrumentis legitimam conjugem facere velit; Perindeque est, si cui ex muliere, serviente procreentur filii, & ille postea mulierem

l. C. de J.
aur. annul.

d. Nob. 78.
c. 2.

l. 44. ff. de
excus.

Nob. 78. c. 2.

c. 3.

F

licet em

lierem manumittere, & dotalia documenta
conficere voluerit. Porro sub iis personis,
quæ jus aureorum annulorum, & jura ingenui-
tatis impetrare, natalibusque restitui possunt,
etiam foeminae continentur. Denique notan-

l. 4. ff. de j. annul. dum hic est, pinguius jus habere liberos natali-
bus restitutos, præ illis, qui juxta tantum annulo-
rum nacti sunt; Isti enim in omnibus ingenuis
pares sunt: hi, ut modò dixi, non item.

CAPUT.

VII.

De collato-
ribus juris
aureorum
annulorum.

Hæ igitur sunt personæ, quæ τὸ δίκαιον χρυσῶν
δακτυλίων, ut Modestinus loquitur, & jus regene-
rationis consequi possunt. Videamus etiam
de illis, à quibus id petere necesse erat.

Quemadmodum ergò Imperator fons est omni-
um dignitatum, quo & in quem omnes dignita-
tes fluunt & refluunt, tanquam flumina de mari
& in mare, ut eleganter loquitur Baldus: Ita ho-
norem annulorum ab Imperatore olim peti de-
buisse, cum ex Nov. Justiniani, modò laudata,

*l. c. s. judi-
ces de pac.
jur. firm.*

*l. 1. C. de j.
annul.*

tum ex rescripto Diocletiani & Maximiani
Impp. constat, natales antiquos, & jus ingenui-
tatis, non ordo decurionum, sed à nobis peti po-
tuit. Solebant Impp. hoc honore illos affice-
re, qui egregiam sibi in bello operam navarant
ut patet ex Cicerone in Verrinis: ex quo loco
cum modum & formulam solemnem jus aureo-
rum annulorum conferendi cognoscere liceat,
illum huc ut transcriberem operæ pretium du-
xi: Annulo, inquit Cicero ad Verrem, est aureo
scriba donatus, ad eam donationem concio est
advo-

advocata; Quod erat os tuum, cum videbas in
concione eos homines, quorum ex bonis iste
annulus aureus donabatur, qui ipsi annulos au-
reos posuerant, liberisque detraxerant, ut esset
unde scriba tuus hoc tuum munus ac benefici-
um tueretur. Quæ verò præfatio tuæ donatio-
nis fuit? Illa scilicet vetus atque imperatoria?

Quando tu quidem in prælio, in bello, in re militari; cu-
jus ne mentio quidem te prætore ulla facta est,
an illa? quando quidem tu nulla unquam mihi in cupidi-
tate ac turpitudine defuisti, omnibusque in iisdem flagi-
tiis mecum, & in legatione & prætura & hi in Sicilia ver-
satus es, ob hæc res, quoniam te locupletavi, hoc annulo
aureo dono, &c.

*Sueton. in
Cæs. 33.*

C. Jul. Cæsar cum in alloquendo
exhortandoque læpius digitum levæ manus o-
stentans affirmaret, se ad satisfaciendum omni-
bus, per quos dignitatem suam defensurus es-
set, annulum quoque æquo animo sibi detra-
cturum, extrema concio, cui facilius erat videre
concionantem quàm audire, pro dicto accepit,
quod visu suspicabatur, promissumque jus an-
nulorum cum millibus quadringentis fama di-
stulit. Verum non cuicumque militi annulos
aureos passim deferre licuit: quia nisi ex pri-
moribus militum, aut re magna & æstimatione
forent, aut præfectus, centurio, decurio, aut tri-
bunus exercitui præessent, vel à principe aut
prætore annulo donati fuissent, illis impunè u-
ti non licebat. Ferreo enim militibus passim
uti permittitur. Post temporum verò intervalla,

F 2

non

Alex. ab A-
lux. genti-
dier. lib. 2.
1.29. p. 107.

Valer. Max
lib. 7. c. 2. p.
424. Florus
Epitom. lib.
2. c. 6. Plin.
33. lib. 1. c. 1.

Valer. Max
lib. 9. c. 1. p.
144.

Iustin. lib. 11.
p. 86.

Comin. lib. 3.
de bell. Nea
pol. p. 86.
Sleid. lib. 2.
de stat. necl.

non modo annuli aurei, sed diversi generis mu-
hera, velut ampla pretia militibus promiscue
dari capere. Ita ut non tam in admirationem
quem rapiat ingens copia & multitudo annulo-
rum, si apud historicos legat, Hannibalem è præ-
da victoriæ Cannensis, tres modios annulorum
tulisse, quam stultitia propè dixerim militum,
qui mortis discrimen subituri, anro gemmisque
se se ornant, opimi que spoli consequendi spe,
hostium animos accendunt incitant que. An-
tiochi Syriæ regis cœcam & amentem luxuriam
exercitus imitatus, magnâ ex parte aureos cla-
vos crepidis subjectos habuit, argentea que va-
sa ad usum culinæ comparavit, & tabernacula
textilibus sigillis adornata statuit, avaro potius
præda optabilis, quam ulla ad vincendum stre-
nuo mora. Unde pulchrè Hannibal apud Anti-
ochum exulans, ipsi interroganti, an hic exerci-
tus sufficere possit Romanis? dixit: puto, & si
avarissimi sunt. Nihil dicacius! Interrogaverat
Rex de Victoria, respondit ille de præda. Alex-
ander quoque M. milites suos postremò contra
Darium pugnatu-
ros prudentissime moner:
spernant illam aciem auro atque argento ful-
gentem, in qua plus prædæ quàm periculi sit,
cum victoria non armorum decore, sed ferri
virtute queratur. Sed hæc *en me. p. 86.* Fortitu-
dinis bellicæ premium hodiè est equitum crea-
tio, cum apud Gallos, tum apud Germanos,
Hispanos aliàsque nationes. Eorumque in-
signe

signe non amplius est annulus, sed vel cal-
car, vel periscelis, vel crux, modo rubra, mo-
do alba, secundum varios equitum ordines, qui
à diversis principibus instituti fuerunt: ceu
sunt: Ordo equitum aurei velleris, erectus à *Lut. Guic.*
Philippo Bono Duce Burgundiæ, in gloriam *in descr. Be-*
DEI, Beatissimæ Virginis, & D. Andreæ Apo-
stoli, protectoris gentis Burgundiæ, Brugis *la p. 89. &*
Flandrorum, Anno 1429. Ordo equitum Gar-
teriorum ab Eduardo III. Angliæ Rege in ho-
norem D. Georgii, qui habetur Anglici regni
protector, institutus, anno circiter 1350. Quo-
rum equitum nomina & insignia ab ordinis in-
itio Vindefori in Anglia legi, vidi que, superiori
mense Maio. Ordo equitum stellæ, conditus
à Joanne Rege Galliarum circa illum ipsum annum
1350: qui postea anno 1470. mutatus est in ordi-
nem D. Michaelis, qui hodie que in flore est, cui
Henricus III. ordinem equitum S. Spiritus ad-
fecit. Nobilissimus & antiquissimus etiam est
ordo Annuntiata, à Comitibus Sabaudia de-
scendens. Ordo equitum S. Stephani ex in-
stituto Cosmi Medicis Florentinorum Ducis.
Ordo equitum Hierosolymitanorum D. Joane
nis: Ordo equitum Templariorum: Ordo e-
quitum Teutonicorum: Ordo equitum de la *Guic. in*
Vanda in Hispania, institutus ab Alfonso Re-
ge, Anno 1368. Ordo equitum S. Petri: quor-
Pontifices Romani iisdem adhibitis symbolis,
gladio, inquam, & calcaribus, creare solent.
F 3 Quod.

Quod factum est cum Bosius Dux Ferrariæ Anno 1471. ordinem istum assumeret. Morisq; est in memoriam eorum, qui nobilitatis jura, virtute & rebus belli pacisque tempore feliciter fortiterque gestis, sibi pepererunt, gladium, calcaria, clypeum atque Chirothecas, in templis aliisque locis religiosis appendere, atque consecrare. In creandis tamen Doctorib. quibus sua quoque est nobilitas (fortitudo enim eandem laudem foro atque castris edita meretur) præter pileum, librum, osculum, amplexumque, annulus etiam nunc usitatus est.

*Valer. Max.
lib. 3. c. 2.*

CAPUT.

VIII.

*De modis
Jus aureo-
rum annu-
lum amitti-
endi.*

*l. 1. ff. de jur.
jur. annul.*

*In Const. O-
mnem. in pr
pand. l. 30.
C. de fideic.*

*et. et. et.
et. et. et.
et. et. et.*

Amittit autem libertus beneficium annulorum, qui judicatus ingenuus, collusione per alium patronum detecta conditioni suæ redditus, alimenta sibi, quæ tertius patronus reliquerat, præberi desiderat. Ejusmodi libertus duplicem sustinet poenam: Primum n. amittit jus aureorum annulorum: dein amittit alimenta, quæ libertus alias retinet etiamsi jus ingenuitatis ab Imperatore acceperit. Cujus Papiniani, quem Justinianus Imp. acutissimi ingenii virum aliquoties nominat, responsi hanc puto esse rationem: quod primò punienda fuerit collusio, quæ, ut secundum Azonem, in causis civilibus aliàs impune fiat, hoc tamen casu punienda fuit, ne portales ita degeneres Amplis. ordo Senatorum inquinaretur. Indignus etiam est alimentis ejus patroni, cui cum ob datam sibi libertatem non minus ac pro vita ipsa honorem & gratitudinem.

dñem deberet, cum tamen ad ingenuitatē provocando abnegavit atq; contempsit. Ex ejusdē Papiniani alio responso: intra quinq; annos pro ingenuitate sententia dicta rescissa, victus aureorum annulorum beneficium, quod ante sententiam pro ingenuitate dictam acceperit ac deposuit, nō retinet. Amittitur deniq; Jus aureorum annulorū & equestris ordinis, cēsu equestri, qui erat quadringentorum millium H.S. hoc est decem millium coronatorū, imminuto: Luxu putata, comestationibus aliisque malis moribus, qui egestatem attrahunt. Alias namq; notū est, quid Valentin. & Martianus Impp. Palladio rescripserint: Humilē vel abjectam feminā minimē eam judicamus intelligi, quæ licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata sit. Unde licere statuimus Senatoribus & quibuscunq; amplissimis dignitatibus præditis, ex ingenuis parentibus natas, quamvis pauperes in matrimonium sibi accipere, nullūq; inter ingenuas & opulentiores ex divitiis & opulētiore fortuna esse distantiam.

*l. 2. ff. de jur.
jur. annul.*

*Thom. Frey
in not. ad l.
3. Verrin. p.
515. l. C.*

*l. 7. C. de in-
cess. & inut.
nupt.*

*Pauper erat Curius Reges cum vinceret armis,
Pauper Fabricius Pyrrhi cum sperneret aurum,
Sordida Serranus flexit Dictator aratra.*

*Claudian.
in 4. Hono-
rii consulari*

Et hæc hætenus de Jure aureorum annulorum. Dicam jam aliquid de more annulos gestiendi cum antiquo, tum nostro, nec non quomodo nimia annulorum luxuria ad certum modū revocata fuerit. Laudabo etiam salutarē de annulis aliisque constitutionem, tandemq; receptū canam. Primū quod attinet, Poeni annulos aurib. ingerebāt, qui ob id malē apud Romanos audie-

CAPUT.
IX.
*De more
annulos ge-
standi.*

audiebant, qui hominem cum perforatis auribus.
 pro triobolarii habebant. Turcis nasi annulati
 sunt. Humaniores populi utriusque manus digitis
 annulos aptabant. Nam Ecclesiasticus, quæ vulgo
 Syracidem vocant, Sorobabel filium Sealchiel, qui
 una cum Synergis cultum Judæorum post capti-
 vitatem Babylonicam primus restauravit, com-
 parat annulo manus dextræ. Et Jeremias Prophe-
 ta Deum ita Chaniam filium Jojakim alloquen-
 tem introducit: Ita vivo, si tu Chaniam Rex Juda an-
 nulus signatorius esses in dextra mea, nihilo ta-
 men minus te extraherem, inquit; manus traderem
 eorum, qui vitæ tuæ insidias struunt, quorumque
 faciem tu reformidas. In potestatem, inquam,
 Nebucadnezaris & Chaldeorum. Annulum ta-
 men nuptialē non nisi sinistra tenebat; quæ an-
 nulis gestandis pluribus de causis aptior visa est.
 Cum quod eorum usus à curiositate humana ad
 luxuriam & superbiam inventus sit, ad quam al-
 liquo modo tegendam, annuli quoque usum furtim
 & latenter introducendum sinistra melius inservit.
 Tum propterea, ne usus manus dextræ per annu-
 los impediretur, neve gemma adeo facile atte-
 reretur aut confringeretur. Tertia ratio ex Phy-
 sicorum Medicorumque scholis peti potest. Infe-
 ctis n. & apertis humanis corporibus, ut mos in
 Ægypto fuit (quas Græci *ἀνατομὰς* appellant) re-
 pertum est, nervum quendam tenuissimum à solo
 digito quarto manus sinistrae ad cor hominis per-
 gere atque pervenire. Propterea non incertum vi-
 sum est ejus potissimum manus digitum tali ho-
 nore decorandum, qui continens & quæ connexus
 esse.

esse cum principatu cordis videtur Cui & quar-
 ta accedit ratio, ut beneficio illius nervi virtus
 gemmæ, quæ auro continetur ad cor deferatur
 & penetret, &c. De numero annulorum tenentium
 est, veterum simplicitatem uno annulo contem-
 tam fuisse: contemptuique nobili cuidam Sergio
 celsit, quod duobus annulis aureis & grandibus
 uteretur, qui per ludibrium Oratæ cognomen
 inde tulit. Heliogabalus singulis diebus novis
 variavit annulos, eundemque nunquam bis induit.
 Tandem verò eo devenit, ut cuilibet digito pro-
 prius assignaretur annulus, nomenque proprium
 haberet. Eum qui minimo geritur ob parvitatem
ἀναγῆ vel Acharēm, qui Indice *κορδαίον* vel cori-
 annon vocabant. Nostri mores ita pro digni-
 tate personarum annulos distribuerunt, ut Do-
 ctori pollex, Mercatori index relinquatur. S. ul-
 to medius, studioso medicus sive annularis, ama-
 tori auricularis assignatur. Quod non omnino
ἀλόγως fieri puto, & nescio an non aliquid anti-
 quitatis id sapiat. Quemadmodum n. pollicis
 adjumento reliqui digiti reguntur, isque in una-
 quaque re socius & adiutor est: unde & apud Græ-
 cos *ἀντίχρ* quæ altera manus dicitur: Ita ars cuncta
 gubernat, nullus est humanæ societatis status,
 quem doctrinarum studia non beneant. Doctorum
 scientia totus illuminatur mundus & ad obedi-
 endum Deo & magistratui vita subditorum in-
 formatur. Illi dirimunt ambigua fata causarum,
 suarumque defensionis viribus in rebus, sæpe publicis
 ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant, glo-
 riosaque;

Al. ab Alex.
 gen. dicit lib.
 2. c. 19. p. 88.

Rhod. g. lib.
 6. c. 12. 7. c.
 Dal. in not.
 ad Plin. lib.
 33. c. 1. lib. 8.

Auth. bab.
 1. c. 1. me fil.
 pro pat.

1. 14. C. de
 advoc. dist.
 judic.

l. i. s. i. ff. de
iur. & jur.

riosaq; vocis confisi munimine laborantium
spem, vitam & posteros defendunt: Bonos non
solum metu poenarum, verum etiam præmiorū
quoq; exhortatione efficere cupiunt: Curantq;
ut sit mens sana in corpore sano. Mercatori in-
dex, qui & salutaris dicitur, convenire videtur.
Quia salutaris omnino est mercatura, quæ abun-
dantiam nostram cum indigentia felici cambio
pensat, exportando ea quibus nos abundamus
& advehendo, quæ Deus alii regioni voluit esse
peculiaria. Verum caveant mercatores, ne digi-
tum auro tantum nummisq; intendant, sed ita
terrena tractent, ne reb. divinis excidant. Quod
quam sit periculi plenum Paulus Apostolus gra-
visimis hisce verbis edisserit: Οἱ βυλόμυροι καὶ λατῆρες,
ἐμπίπτουσιν εἰς πῆρσμον καὶ παγίδα, καὶ ὀπιτιμίας πῶλον
αἰνοήτης, καὶ βλαβεράς, αἵτινες βυθίζουσιν τὰς ἀνθρώπους εἰς ο-
λεθρον καὶ εἰς πῶλον. Ρίζα γὰρ πάντων τῶν κακῶν ἔστιν ἡ φιλαρ-
γυρία, ἧς τινὲς ὀρεγόμενοι ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως. Ἐ-
αυτοὺς περιέπεσαν ὀδυμαῖς πολλαῖς. Præcipitq; diviti-
bus hujus seculi per Timotheum: μή ὑψιφροσύνῃ,
μηδὲ ἡλπιύειν ὅτι πλεονάζουσι τὰ ἀγαθὰ, ἀλλ' ἐν τῷ θεῷ τῷ ζῶντι,
τῷ παρέχοντι ἡμῖν πλοσίως πάντα εἰς δόξαν αὐτοῦ, &c.

Al. ad Al. li.
4. gen. dier.
ex lib. p. 146.

Tertius quare stultorum digitus censeatur
ab Alexandro didici, qui: Tertius, inquit, digi-
tus qui medius & reliquis major est, famosus
habetur, petulans, & libidinosus, cujus objectu
probrum obiectamus, alteriusq; famā lædimus,
& detestamur: & quia deses & ignavus in medio
situs, nulli rei adsumēto est, idcirco despectissi-
mus habitus. Is ab Atheniensibus κατὰ ψυχὴν
quasi

quasi cynædus, & scortum, verpus etiam dice-
batur. Judæis namq; eò eviluit, ut interanea, ex-
ulcerata, & putrescentia viscera illo recondere-
nt, & foverent. Fuitq; annotatum apud veteres
Græcorum, ut qui medio digito tanquam per
indicem aliquem ostenderent, arguerentur in-
sanix, quare verbum Diogenis proditur, multos
per digitum insanire, quod medio digito se phi-
losophantes peregrinis demonstrarent. Cumq;
reliquos auro gemmisq; insignirent, hunc prisca
Romani nudū & honore destitutum reliquere,
veluti infami contumelia notaretur. Galli verò
& Britanni (adeò suum cuiq; pulcrum est) me-
dio tantum annulos adjiciunt, illum præcipuo
honore excolentes. Proditumq; est annulum ē
sinistra in longissimum dextræ transferri, sæpe
singultus & gravedines levare. Græcis verò me-
dius non famosi nomen habet, sed medici, &c.
Studioſi per digitum annularem monentur,
ut non tam externo fastui & ostentationi, quam
internis virtutibus & veræ sapientiæ studeant,
cumq; facile jacturam valetudinis facere, variis
que casibus audiendi & loquendi facultatem a-
mittere possint, ut accuratam ejus habeant rati-
onem, eamq; sedulo curent. Minimus digitus,
quo aures per purgare solemus, hortari amato-
rem videtur, ne amoris furore eò se abripi patia-
tur, ut salutaria cōsilia contemnat atq; respuat,
sed ex civili & naturali ratione consensum pa-
rentum, vel eorum, qui parentum loco sunt, ad-
hibeat. Sed satis lulum est: Ad finem jam mihi
properandum.

CAPUT.

X. De Legi-
bus, quæ ab
usum annu-
lorum co-
ercuerunt.
Lib. decad.
4. lib. 4.
Matth. Bos-
sus de immo-
derato fem-
cult. mihi p.
214.
In der vor-
mundstun-
den.

Luxuria annulorum, quæ non tantum in numero, sed pretio eorundem consistit (Nonij siquidem senatoris Romani annulus gemmatus viginti millibus HS. taxatus est, propter quem ab Antonio proscriptus fuit, ut de Polycratis, Pyrrhi, aliorumq; annulis ab historicis hinc inde laudatis tacem) olim lege Oppia de mûdo muliebri coercita est. Inclytæ etiam Re. p. Venetæ statuta cultui & ornamentis certas posuerunt metas, quas ne illis quidem matronis egredi licet, quæ equestris ordinis viros sortitæ sunt. Quam nomothesian Amplissus Senatus Noricus per legatos secum communicari petiit & obtinuit, eaq; etiam nunc Noribergæ in curia rubro contecta corio asservatur, cujus inspiciendæ copiam ante triennium mihi contrigisse meminî. Ibidemq; certi constituti sunt corycæi & delatores eorum, qui leges sumptuarias in vestibus & ornamentis non observant. Constitutiones quoq; Imperii Augustæ Vindellicorum Anno 1530. promulgatæ, & Anno 1548. ibidem confirmatæ, hoc ornamentorum moderamen præscripserunt: ut viro nobili, cui Doctor æquiparetur, nō liceat annulos, catenas, aliaq; ornamenta induere, quæ rem ducentorum aureorum excedant. Capitaneo, vexillifero, alive rei militaris præfecto, neque tamen infimo; nec non viro patricio, aut aliâ honesto loco nato, talia conceduntur, quæ majoris non sunt æstimationis, quam triginta, quadraginta, aut ad summum quinquaginta florenorum. Civibus & incolis honestis.

honestis ii indulgentur, qui alichi sunt, & quinque aut aut sex florenorum pretium non superant. Mercatoribus & iis qui a cancellis, vel personis Ecclesiasticis a servitiis sunt, modus nullus præscriptus, facultas tamen annulos gestandi concessa est. Cui salutarî ordinationi quod non fletur dolendum est, atq; deplorandum; nemmo sua sorte est cōtentus. Rusticus ultra stivam, sutor sapit ultra crepidam: servus domini sibi iura sumit. Sic perit nobilitas, virtus, rectiq; studium. Apposirè Rollenhag.

Der Adel/Bürger/Bawer/vnd Knecht

Ein jeder bleib bey seinem Rechte/

Dem wo kein Standt behest sein Ehr/

Bleibt in dem Reich kein Freyheit mehr.

ταχο-

μνομα

χία lib. 2

es.

Non minorem superioribus constitutionibus laudem meretur vetus consuetudo, quam Plinius refert: quod morientibus annuli detrahebantur. Quæ in legis formam redacta est à Lycurgo legislatore, interdicente: ne quicquam cū mortuo sepeliretur, sed puniceo amictu velatus, & oleæ fionde circumdatus terræ mādaretur. Eandemq; Romani in tuam remp: è Græcia per Decemviros transportari curaverunt, teste Marciano Jêto, qui negat thesaurum, licet in monumento inventum, quasi religiosum tolli. Quod enim, inquit, sepelire quis prohibetur, id religiosum facere non potest. At pecunia sepeliri non potest, ut & mandatis principalibus cavetur. Idemque palam est ex l. 14. §. non autem oportet. ff. de relig. & sumpt. funer. ubi Ulp. Non oportet, inquit, ornamenta

CAPUT

XI.

De annulis

cum mor-

tuis non se-

pelendis.

lib. 33. c. 1.

Plut. in Lys.

curg. p. 21.

lit. 6.

l. 4. ff. ad L.

lul. pecul.

menta cum corporibus condi, nec quid aliud
huiusmodi, quod homines simpliciores faciunt.
Quorum in numero sunt Albani & Galli, qui-
bus mos erat pecuniam cum mortuis sepelire
in loculis, omniaque quæ vivis cordi fuisse ar-
bitrabantur, in ignem inferre, etiam animalia.
Malè, inquam, quia hominem nudum natura
creavit, eadem ipsum nudum desiderat, & repo-
scit, minimeque nummo, quem Plutoni offera-
mus opus est. Impensè placet illud D. Am-
brosii, 'culpæ genus est inutiliter in abditis re-
linquere mortuorum, unde se vita potest susten-
tare viventium. Quid proficit sepulchrorum
superbia? Damna sunt porius viventium, quam
subsidia mortuorum.

CAPUT.

Ulc.
An in ja-
ctura navis
levanda
causa, annu-
lorum ra-
tio habe-
tur.
l. 1. ff. de L.
Rhod. de
jact.
l. 2. §. 1. ff.
de t.

Capitibus supra à me positis ordine per-
tractatis coronidis ergo quæstionem Jctorum
veterem annecto. Cum L. Rhodia de jactu jube-
at, ut si levandæ navis gratia jactus mercium fa-
ctus est, omnium contributione sarciat, quod
pro omnibus datum est. Cum ergo in eadem
nave varia mercium genera complures merca-
tores coegissent, prætereaque multi vectores,
servi liberi que in ea navigarent, tempestate gra-
vi orta, necessariò jactura facta erat. Quæ sita
deinde sunt hæc: an omnes jacturam præstare
oporteat, & si qui tales merces imposuissent,
quibus navis non oneraretur, velut gemmas,
margaritas, ecquæ portio præstanda esset, & an
etiam pro liberis capitibus dari oporteat, &
qua actione ea res expediri possit? Placuit
omnes,

omnes, quorum interfuisset jacturam fieri, con-
ferre oportere, quia id tributum observatas res
deberent; Itaque dominum etiam navis pro-
portione obligatum esse. Jacturæ summam
pro rerum pretio distribui oportet. Corporum
liberorum æstimationem nullam fieri posse. Ex
conducto dominos rerum amissarum cum ma-
gistro acturos. Itidem agitur, an etiam
vestimentorum cujusque & annulorum æsti-
mationem fieri oporteat? & omnium visum
est, nisi si qua consumendi causa imposita fo-
rent: quo in numero essent cibaria; eo magis
quod si quando ea defecerint in navigationem
quod quisque haberet in commune conferret. At-
que hæc hæc hactenus.

Ad vos jam Viri Amplissimi, Prud. atque
eminentissimi Patroni, cognati, & fautores co-
lendissimi, & sermonem meum dirigo; hi sunt
annuli, quos ex variis ut videtis officinis con-
quisivi, vobisque tanquam grati atque obser-
vantis animi indices destinavi, majorem in mo-
dum rogans, ut hosce meos conatus benevolo
affectu prosequi, & a quibuscunque facere velitis.
Vellem equidem ea, quæ hic à me scripta sunt,
vestris placerent gratiis: sin minus, feci tamen
quod potui; hoc cum Juda Maccabæo, qui his-
dem verbis historiam suam concludit, statuens:
Sicut vinum temper bibere, aut semper aquam,
contrarium est: alternis autem uti, delectabile;
Ita legentibus si semper exactus sit sermo, non
fore gratum.

Cate.

Cæterum cum hæc sit ætas mea, quæ consilio & regimine vestro quam maximè indigeat, summo a vobis Viri Amplissimi & Spectatissimi contendo opère, ut mei tantisper curam suscipere non gravemini, donec ea mihi subsidia comparavero, quæ cum meæ personæ salutaria sint, tum quibus Reip: & civili societati inservire, quibusque vobis alteris parentibus meis *αὐτοπροσώπων* persolvere queam. Quod ut vos pro vestro erga me affectu facturos omnino confido: Ita pro vestra incolumitate felicitateque Deo, beneficiorum in pupillos minoresque retributori largissimo supplicare nunquam desinam. Ita vivo, & vos omnes & singulos vivere atque valere unicè exopto, Francofurt: Ex Museo Cal. Septemb. Anno 1620.

*Hæc materia prelo subijci potest,
Martinus Benchendorff D. & Juridica Facultatis Decanus
D. 3. Sept. A. 1620.*

EXPLICIT.



L.

M A R C U S
A N T O N I U S D E
D O M I N I S A R C H I - E P I S -
C O P U S S P A L A T E N S I S , S U Æ
P R O F E C T I O N I S C O N -
S I L I U M E X P O N I T ,

*Ex dono
H. C. & Viri Joh: i
Polacy J. V. S.*

Caspar Gloger